

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gilbert Stuarts Abriß des gesellschaftlichen Zustandes in Europa, in seinem Fortgange von Rohigkeit zu Verfeinerung

Stuart, Gilbert

Leipzig, 1779

Nummer V. Erster Artikel. Ein Verbot der Turniere, vom Kaiser Heinrich dem dritten.

urn:nbn:de:gbv:45:1-355

tes inviolabiliter observabunt. Et Dominus *R. de Clifford* die *Lunae* proximo post dictum Festum, ad Comitem *Glocestriae* apud *Cirencestriam* accedet, ad formandam pacem inter praedictos Comites. Et si alter eorum tunc venire nequiverit, hoc alteri parti die *Veneris* proximo praecedente vel die *Sabbati*, scilicet Comiti *Glocestriae* apud *Fayreford*, vel Domino *Rogero de Clifford* apud *Suttun* juxta *Banneburiam* denunciatur. Ad hoc si *Morgan* filius *Hoel* dictam *Tregam* pro se et hominibus suis tenere voluerit, recipiatur in ipsam; Quod si noluerit, tunc durantibus *Treugis* habitabit in montanis, nec in aliquod Castrum vel Burgum ipse vel sui interim admittentur. Haec autem firmiter, et absque dolo, et omni cavillatione, Dominus *R. de Clifford* et *W. de Lucy* ex parte Comitis *Marescalli* et Dominus *R. Basset* et *M. Hostiaris* pro Comite *Gloucestriae* affidaverunt. In hujus autem rei testimonium praefens scriptum in modum *Cirograffi* est compositum; Cujus una pars, Sigillis dicti *R. de Clifford* et *W. de Lucy* signata dictis *R. Basset* et *M.* est comissa, reliqua vero parte signis dicti *R. Basset* et *M.* signata penes *R. de Clifford* remanente. — *Ap. form. Anglic.*

Nummer V. (Seite 251.)

Erster Artikel.

Ein Verbot der Turniere, vom Kaiser Heinrich dem dritten.

Rex Comitibus, Baronibus, Militibus, et omnibus aliis, ad instantem diem Jovis in vigilia Beati Martini, seu aliis diebus apud Warrewicum, ad torneandum ibidem conventuris, salutem. Mandamus vobis, in fide, homagio, et dilectione quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, et sub poena amissionis terra-

rum